

lxxv. ~~a~~quam menstruatae. lxx. transtulerunt. Et dabitur pluuia
semini tuo ubicumque seminaueris in terra. Et panis fru
gum terrae erit uberrimus et pinguis. lxx. Tunc erit pluuia
semini terrae tuae. et panis frugum terrae tuae erit abundans
et pinguis. Scriptum est in regum uolumine. quod post quam interfecti
sunt ab helia pseudoprophetae. data sit pluuia terrae israel. et quod panis helisei et
postea saluatoris uberrimus fuerit atque pinguissimus. et tantam habuerit
plenitudinem ut multa hominum ex eo saturata sint milia. ita et in
presenti loco. non prius dabitur pluuia semini spiritali et panis ter
rae uberrimus atque pinguissimus. nisi idola deargentata et deau
rata fuerint comminuta. et reputata in sterquilinium. Nisi enim
uitia recesserint. uirtutes non subeunt. Pascetur in possessione tua
in die illo agnus spatiose. tauri tui et pulli ~~tui~~ asinorum qui operan
tur terram commixtum migma comedent sic in area ut uentilatum
lxx. est. et pascentur iumenta tua in die illa locum pinguem et spatiosum.
tauri uestri et boues uestri qui operantur terram comedent paleas
commixtas in ordeo uentilato. in rerum omnium habundantia
caelesti pluuia descendente et illo pane qui de caelo descendit quem
qui comederit numquam esuriet. pascentur agni in loco spatiosissimo qui
sequuntur agnum quocumque uadit et qui semper ad dexteram sunt.
tauri autem principes gregis. de quibus legimus congregatio tau
rorum in uccis populorum. et pulli asinorum quibus sedens dominus
ingressus est hierusalem qui operantur terram. sic de area come
dent ~~panem~~ ut fuerint uentilatum nequid uidelicet in cibo eorum
mixtum sit palearum. de quibus in hieremia scriptum est. quid paleis
ad triticum dicit dominus. et quae in euangelio comburuntur igni in
extinguibili. porro iuxta lxx iumenta quae nec dum ratio
nis sapientiae que sunt plenae. et de quib. unus loquitur ad dominum
sicut iumentum factus sum apud te. pascentur in loco pinguissimo.
et spatioso qui non adfert spinas et tribulos sed quasi terra israel
lacte et melle decurrit. et plenam pascentib. tribuit libertatem
tauri autem et boues qui operantur terram id est apostoli et
apostolici uiri. de quib. et apostolus paulus scriptum inter p̄
tatur. Non alligabis os boui trituranti. Numquid de bubus
cura est dō sed utique de his dicit qui operantur terram suam.
et de quib. idem loquitur. dī agricultura dī aedificatio sum
pater enim agricola est et xp̄s uinea. comedent paleas mixtas.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc455/0278